



1785

1. Achen, Franciscus Hieronymus, ab: De praescriptione rethorica
historia
2. Buesing, Hermannus: De juratis ad illustrandum
statuta quaedam Bremensia praesertim 55, 56 et 89.
Recent. collect. de a. 1433.
3. Gutherius, Dr. Christophorus: An Succinae utilitatis
aliquid attulerit pax Westphalica?
4. Gyerst, Joannes Georgius: De juribus et obligationibus
circa dolum tam ex jure Romano quam ex proxi
Germanica.
5. Hagemann, Theodorus: De fundo insignis vulgo
Wapenlehn.
6. Hagemann, Theodorus: Ueber des Personal-Lehn.
7. Hugo, Gualterus: De fundamento successiois
ab intestato ex jure Romano antiquo et novo
8. Moeker, Franciscus Nicolaus: De agnato is fundo
sibi consensum obligato.

J. Pore, Adrephus Felice Henricus : De haereticis sine
voto in consilio J. R. J. competentis.

10. Schmeltzer, Fridericus Augustus : De exacte aequalitate
inter utriusque religionis contortas per imperium
Germanicum

11. Schwarzkapf, Fridericus : De fundamento successio-
nis et intestato ex jure Romano antiquo et
novo


le
im
fob

TRANSCRIPTIONS REDDITIONS

MANUSCRITTS IMPERIAUX DE FRANCE

DE LA BIBLIOTHEQUE IMPERIALE DE FRANCE

PARIS



[Faint, illegible handwritten text in a cursive script, likely a letter or manuscript page.]

102
P 201
SV



4, 81. 1785, 2
DISSERTATIO INAUGVRALIS IVRIDICA

DE IVRATIS

AD ILLUSTRANDVM
STATVTA QVAEDAM BREMENSIA

2
PRAESERTIM
LV. LVI. ET LXXXIX. RECENT. COLLECT.
DE A. MCCCCXXXIII.

QVAM

AVSPICIIS REGIIS

CONSENTIENTE

INCLYTO IVRISCONSULTORVM ORDINE

DIE III IAN. MDCCLXXXV.

PRO

SYMMIS IN VTROVE IVRE HONORIBVS OBTINENDIS

PUBLICICE DEFENDET

HERMANNVS BÜSING

BREMENSIS.

GOETTINGAE

LITTERIS FRIED. ANDR. ROSENBSCH.



D. 1711. 1712. 1713. 1714. 1715. 1716. 1717. 1718. 1719. 1720.

DE IURATIS

DE IURATIS

DE IURATIS

DE IURATIS

DE IURATIS

DE IURATIS

DE IURATIS

DE IURATIS

DE IURATIS

DE IURATIS

DE IURATIS

DE IURATIS

DE IURATIS

DE IURATIS

DE IURATIS

DE IURATIS

DE IURATIS

DE IURATIS

DE IURATIS



LIBERAE AC INCLYTAE
SACRI ROMANI IMPERII
REIPUBLICAE BREMENSIS
SENATVI SPLENDIDISSIMO
VIRIS
PERILLVSTRIBVS MAGNIFICIS
EXCELLENTISSIMIS AMPLISSIMIS
CONSVLTISSIMIS PRVDENTISSIMIS
DOMINIS
PRAESIDI
CONSVLIBVS
SYNDICIS
SENATORIBVS



PATRIAE PATRIBVS
RELIGIONIS LIBERTATIS ET IVSTITIAE
DEFENSORIBVS VIGILANTISSIMIS
MV SARVM TVTORIBVS OPTIMIS
PATRONIS AC FAVTORIBVS SVIS

MAXIMO HONORIS CVLTV

DEVENERANDIS

CVM OMNIGENAE FELICITATIS VOTO

DISSERTATIONEM HANC INAVGVRALEM

SVBMISSA MENTE

OFFERT.

AVCTOR.

PRAEFATIO.

Exacto triennio, quod hic studio juridico dicaveram,
 consuetudo a me, pro summis in utroque jure hono-
 ribus rite capeffendis disputaturo, specimen quoddam
 postulabat. Ex variis igitur, quae sese animo meo of-
 ferebant, materiis, haec de *Iuratis*, quam haftenus fere
 neglectam videbam, maxime se mihi commendabat ut
 dignam,

dignam, in qua vires meas periclititer. Sic igitur haecce
nata est dissertatio, in qua, pro ingenii viribus, et tem-
poris, quo circumscribor, angustia, diversas *Iuratorum*
species recensui, et dein sigillatim majori cura de iis
egi, qui olim in patria sub hoc nomine *Notariorum* in-
star fuerunt.

PRÆFATIO

CON-

CONSPECTVS DISSERTATIONIS.

Quid jus Romanum de testibus statuat. §. 1.

Quid Majores nostri in testibus requisiverint. §. 2.

Iurati differunt a Iuratoribus. §. 3.

De diversis Iuratorum speciebus. §. 4. seqq.

Transitus ad Iuratos in specie sic dictos. §. 8.

Explicatio statuti LV. & LVI. §. 9.

De Iuratorum jurejurando. §. 10.

Iuratorum origo in seculo XIII. quaerenda,

1) ob pactum Hilleboldinum, de cujus auctoritate agitur. §. 11.

2) ob alia quaedam argumenta ex ipsis statutis deducta. §. 12.

De Iuratorum electione,

1) a quibus electio facta sit; qua occasione differentia nostrorum Iuratorum a Iuratis Sufatensibus et Scabinis in genere notatur.

§. 13.

2) De Iuratorum numero. §. 14.

3) De eorum electione ex quatuor urbis parocciis. §. 15.

De Iuratorum requisitis,

I. quae statut. LV. continet:

1) de cespitalitate. §. 16.

De rei et actoris paritate in actu causas litigiosas testificandi observata. §. 17.

2)

2) De Iuratorum aetate legitima. §. 18.

3) De scientia in Iuratis requisita. §. 19.

II. De Iuratorum requisitis quae decretum Senatus de ao. 1367.
continet. §. 20.

Explicatio vocabuli in decreto occurrentis lito. §. 21.

De similitudine requisitorum Senatorum et Iuratorum. §. 22.

Iuratos olim etiam ex Senatoribus eligi potuisse ostenditur. §. 23.

De Iuratorum officio. §. 24.

Continuatio. §. 25.

De poena 20. marc. Brem. quibusdam in casibus Iuratis irrogata §. 26.

De poena falsimonii a Iuratis commissi. §. 27.

Iuratorum munus utile fructuosumque ac perpetuum fuisse contendi-
tur. §. 28.

Iuratorum munus ab eo tempore exolevisse, quo Notarii invaluerunt,
conjectur. §. 29.

§. I.

Quid jus Romanum de testibus statuatur.

Romani multis in rebus testimonio trium vel plurium fide dignorum vim quasi publicam tribuebant a). Si nimirum privata scriptura subscriptione trium pluriumve testium idoneorum firmata, et tempore prior sit, merito posteriori hypothecae praefertur. Tunc enim illa instar publici instrumenti se habet, cum suspicio fraudis et doli ita cesset; adeoque instrumentum privatum cum publico parem effectum nanciscatur. Sed necesse est, monente Io. BRUNNEMANNO b), ut constet de manu et subscriptione testium, sive per recognitionem, sive per comparisonem, et ut etiam partes ipsae subscripserint, et testes sint idonei.

§. II.

Quid Majores nostri in testibus requisiverint.

Majores autem nostri ejusmodi homines, ad testimonium secundum fidem et religionem dicendi officium, jurejurando imprimis

a) L. II. in fin. C. qui por. in pign. hab. Nov. 73. c. I. et 2.

b) ad L. II. C. qui por. in pign. hab.



mis *adstrictos* esse volebant. Nunquam crediderunt testi, nisi jurato, ut aperte docent veterum Germanorum leges, quae ad nos pervenerunt. Sic LEX WISIG. lib. II. tit. IV. §. 2. ita sonat: *Iudex causa finita, et sacramento secundum leges, sicut ipse ordinaverit, a testibus dato, iudicium emittat, quia testes sine sacramento testimonium perhibere non possunt c)*. Nec non LEX BAIUVARIORVM, tit. XVI. cap. V. *Etsi plurimi testes fuerint, et ad unum conventum venerint, sortiantur illi testes inter se, et cui fors exierit. juret ille taliter et dicat: Ad testem sortitus sum, et ad testem me facere volo d)*. Hinc apud Anglos *Iurys*, inter nos vero *Iurati*, *Geschwohrne*, *Swaren*, *Eydgeshwohrne*, *Eytsworne*.

Ad Anglos me hic quoque provocare, nemo, ut existimo, mihi vitio vertet, qui considerabit, illos, historia teste, Germanicae originis fuisse. Veteres enim Britanni ob Pictorum Scottorumque invasiones nunquam tuti, et ab omni Romanorum auxilio destituti, paciscebantur cum Saxonibus, et quidem Anglo-Saxonibus apud Visurgim habitantibus, ut mare trajicientes illis auxilio venirent: quo pacto viribus conjunctis se ab impetu et insultu Pictorum vindicaverunt. Saxones vero paulo post Britannos sibi subjecerunt, occupatae regioni *Angliae* nomen dederunt, ibidemque mores majorum suorum, Anglorum et Saxonum, introduxerunt; quorum adhuc nonnulla vestigia supersunt e). Narrat haec RENNERS noster in *chron. Brem. Msc.* in init. his verbis:

Im

c) Apud PETR. GEORGISCH in *corp. juris Germ. ant.* pag. 1895.

d) Apud EVNDEM l. c. pag. 316.

e) Plura de expeditione Saxonum in Britanniam exhibet GRUVEN in *observat. rerum et antiquitatum Germ. et Rom.* ubi in obs. VI. pag. 79. seqq. latius ostendit, Britannos non solum a Saxoniae Transalbingicae gente auxilium sibi petiisse, sed et ab omnibus Saxonibus a Rheno usque ad Daniam habitantibus.

Im Iare Christi unsers leuen Heren Gebordt verhundert negen unvertigs quam ein fremdes Volk de Piſſen genomt, uth Scitia, (als Beda will; wiewol Melanthon meldet, dat idt düdſche ſin gewesen, averſt he ſchriſt nicht uth wat Orde.) in Hiberniam welches nu Irlandt heht, darinnen do de Schötten (ein Saſſiſch Volk als Aventinus ſchriſt) wahneten, und wolden ſich dar ſedden. Averſt de Schotten wiſeden ſe da mit Gude aff, in ein ander Eilandt, welches man by klaren Sonnen Schien van dar aff liggen ſehen konde, dat ſulve nehmen ſe in.

Ein tiadtlang darna volgeden de Schotten und veideden mit den Piſſen um dat Landt, und averwunnen ſe doch behelden ſe dat Landt an beiden Sieden und nomeden idt Schottland; welchen Nahmen idt noch hefft. Volgender tiidt toegen beide Piſſen und Schotten und veideden mit den Inwahnern in Britannien, deſulve begerden Hulpe van den Römern, den ſe underdahn wehren, mit groten weheklagen. Als averſt Attila der Hunen Koningk mit groten Volke in Frankrich vell, moſte ſich Aëtius der Römer Houetmann wehren, und verſammelde alle dat Volk dat he krigen konde, derohalven konde he den Britanniern duthmal nene Hulpe dohn, ſondern troſtede ſe und ſede wenn he de Hunen los wehre, ſo wolde he öhnen helpen, na allen Vermoegen, averſt de Hulpe wurde öhnen tho lange vertagen, derohalven ſende Koenig Wortegern von Britannien an Hertogen Hingſt von Engeren, ſiner Fruwen Vader umb Hulpe, gegen de Schotten und Piſſen.

Alſo wurden in den Flecken Bremen dre lange Schepe gebuwet, und in der Ile tho geruſtet, mit den fohren de Saſſen uth Engeren, in Britanien, dem ſchenkede de Koningk dat Landt Cent, ſo dat oſter dehl des Landes is, dat ſe deſto williger gegen de Viende umb beſoldung ſtriden ſcholden; do nu de Viende der Saſſen Ankunſt vernehmen, toegen ſe öhnen under ogen, averſt ſe wurden geſchlagen, und verlohren



veele Volkes; Als duth in Sassen Landt kundt wurd, und sonderlich dat Britanien so ein fruchtbar Landt wehre, do wurden mehr kriegeslude indt Landt gesandt, und makeden mit den vorigen ein heimlich verbundt mit den Schotten und Pißen und wolden dat Landt verdarven, also se vak deden, se begunden the rouen und tho barneu, schlogen doot wat se aver kemen, verwosteden dat Landt ganss und gahr, behelden idt und nohmeden idt na Engern ehren Vaterlande, Engelandt, wovoll Saxo grammaticus schrift, dat Engelandt den Nahmen empfangen hebbe, van eines Königes Sohn uth Dennemark Angul genohmet. In sulken Schrecken entweeken de Britaniern mit Hupen aver de See in Galliam, und nehmen in, den Ord Landes, so man noch up dussen dagh heth Britania, und lehten ihr Vaterland den Sassen beholden; idt wehren averst dusse Sassen noch Heiden, beth tho den tiden Pauwstes Gregorii, doe wurden se thom Christen gloven bekerdt, und zeugten vile hillige Manner hirna.

§. III.

Iurati differunt a Iuratoribus.

Iurati, de quibus dicere est animus, caute distinguendi sunt a *juratoribus*, *conjuratoribus*, *sacramentalibus*, *confacramentalibus*, *compurgatoribus*, germ. *Eideshelfer*, *Eidesfolger*. Hi enim iurejurando confirmabant tantum, se credere, alterum recte et sancte jurasse f). Hujusmodi occurrunt in sententia Scabinorum Lipf. circa an. 1548. ad Woldemarum Princ. Anhalt de duobus Nobilibus furti suspectis tortura liberandis: *So sie E. G. über das alles zu ihrer Expurgation selbst zehenn unbeschuldener Menner an Iren rechten, und die man von gezeugnus inn keinen weg verlegen noch*

ver-

f) c. 13. X. de purg. can. HEINECC. elem. jur. Germ. I. III. §. 217.

verwerfen mag etc. und wann die gezeugen allenthalben tuchtig und zuleffig erfunden werden, so müsten dieselbigen 2. Erbare Manne von erst mit aufgereckten Fingern zu den heiligen schweren, das sie solcher that gantz unschuldig seyn, und das sie darbey nicht gewest, auch das sie weder theill noch nutz an den enttwaanten gutteren genohmen haben, als Inn Got helf und alle heiligen. So müssen die COMPVRGATORES ein Ider Innsonderheit schwören, das sie warhaftig gleuben, das derselben Erbaren Manne gethaner Eydt gantz rein und nicht Mein-eydt sey, als ihm Gott helf und alle heiligen. Wo sie aber oder die COMPVRGATORES solchs nicht thun würden, al dann mag E. G. mit Ihnen surder gebaren lassen, wie zuvor gesagt ist g).

Species haec probandi remediorum plerumque apud omnes erat Germanicae originis gentes. Praecipue vero ad hunc actum illius, qui aliquid per jusjurandum probare debebat, proximi agnati, et his deficientibus, coaequales ejus adhibebantur. Numerus conjuratorum in legibus haud fundatus erat, sed pro causae gravitate plures paucioresve exigebant, qui una jurarent h).

§. IV.

De diversis Juratorum speciebus.

Est autem Juratorum diversa in jure Germanico significatio. Intelligent enim sub hac voce: 1) quosunque cives, aut oppidanos. 2) Consules, vel Scabinos. 3) Repraesentantes civium in judicio. 4) Quosunque curatores aut praesectos rerum publicarum. Denique 5) personas publice lectas, coram quibus contractus et pacta celebrantur. Iam de singulis in §. §. seqq. agetur.

g) vid. HALTAVSS. Glossar. med. aevi f. v. verlegen pag. 1869.

h) vid. KOPF. von Hessischen Gerichten T. I. pag. 473. seqq.

Primum significant quoscumque *cives*, aut *oppidanos*, quia mutam sibi fidem jurant, ut videre est in litteris Iohannis Comitis Pontivi pro Abbatis villa an. 1184. concessis. Sic ibi n. 1. *Statutum est itaque et sub religione juramenti confirmatum, quod unusquisque jurato suo fidem, vim, auxilium, consiliumque prebebit, et observabit secundum quod iustitia dixerit.* — Et n. 4. *Si inter juratum et juratum, vel inter juratum et non juratum, de re mobili quaestio oriatur, ad vicecomitem meum de eo clamor fiet, vel ad Dominum Vicecomitatus illius, in quo manebit qui fuerit impetitus.*

Passim ibi memorantur *Iurati*, palamque a *Scabinis* distinguuntur, uti animadvertit DU CANGE *i*).

Deinde per *Iuratos* intelligunt quoque *Consules*, vel *Scabinos*, vel *consiliarios urbis*, Gall. *Iurat*; ut in plerisque consuetudinibus municipalibus. In veteribus enim tabulis passim mentio fit *portus* et *villae Rupellae*, et *Praepositurae* vel *Praecturae villae*; *Majoris* et *Iuratorum Rupellae*, vel *Majoris* atque *Consilii Communis Rupellae*: ubi nomine *Iuratorum*, vel *Consilii Communis*, Scabini patresque *k*) designantur *l*).

Atque hinc in hodiernum usque diem multis in locis Praetores pagani, vulgo *dorf-schultheissen*, *Eydgeschwohrne* vocantur *m*). Variant quidem eorum officia: praesertim vero attendere debent, constitutiones territoriales in pagis ut stricte obseruentur: omne quoque id quod poena dignum occurrit, in tabulis adnotare, hujus-

i) In *Glossario* s. v. *Iurati*. Tom. III. p. 1634. edit. noviss.

k) Vid. HEINECC. *elem. jur. Germ.* I. III. §. 90.

l) DU CANGE *l. c.* et CARPENTIER *in glossario ad scriptores medii aevi*, Tom. II. pag. 958.

m) KOPP. *l. c.* Tom. I. pag. 322.

jusque indicium, si periculum non est in mora, exacto mense ad praefectum deferre tenentur, quo ab hoc rite examinari, et secundum legis dictata vindicari queat.

§. VI.

Non minus etiam sub *Iuratorum* nomine veniunt *repraesentantes civium in judicio*, e. gr. in *antiqua Schraga Susatensi n*). Verba documentorum, quae ibi invenimus, ita se habent:

Vort mer. so wanne eyn Domprovest to Colne ghekorn unde ghesedighet is. Wan he darna eyrst kömet in de Stat van Sust. so sal he sitten eynen Sent sunder vare. Unde nicht en sal he richten sunder dat eme de EYTSWERE wröghet. Also he den gheseten hevet, so sal man eme gheven eyne halve Marc Goldes to sinen eyersten Welckomc. Hoc est: Praepositus in Colonia creatus et investitus quum prima vice in oppidum Susatensem venit, synodus absque cavillatione habenda, nec ulla causa ab eo judicanda est, nisi a IVRATIS mota fuerit. Sic finita synodo dimidia auri marca praeposito in primam remunerationem danda est.

Porro dicitur: *Vort mer. dey Provest van Suyst este sin Official. dey sal twyge in deme Iare sinen Sent binnen der Stat sitten, unde dat sal hey io ses weken vore in allen kerken dun kundighen, unde den sullen unse Borghere alle dey Huyssethen sind halden dey hir to Huys sint, unde den Sent sal hey sitten sunder Scheltword unde sunder Vare. Unde weliken EYTSWERE unse Borghere settet, den sal hey annemen sunder Wedersprake. Unde welik Sake vor dem Proveste imme Sende ghewröghet weirt, unde mit Rechte este mit Ghenade gheeyndet weirt., deyne sal man vor nyn andere Gherichte vorderen este klagen, unde hey en sal nimmende anspreken hey en si eme ghewröghet in deme Sende.*

Et

n) Apud EMMINGHAUVM in memorabil. Susatens. part. II. documentorum no. 3. §. 2. et 5. pag. 138. sq.

be ad Et in nova-Schraea o) eadem vere verba legitur. Sensus vero est: Praepositus Susatensis, seu officialis ejus, duobus terminis in quolibet anno praesidebit synodo in oppido Susatensi. Et dictam synodum sex septimanis ante quemlibet terminum in omnibus parochiis denunciari faciet, cui tenentur interesse omnes qui domestici sunt intra oppidum, dummodo sint domi. Synodus vero sine cavillatione et captiositate est habenda. Quemcumque juratum cives statuerint, Praepositus sine contradictione admittat. Causa etiam quae coram dicto Praeposito in synodo mota fuerit et terminata per justitiam, vel gratiam, ab alio iudice nullatenus est retractanda.

Hisc in locis vocabulum *vare* bene est notandum. Dicitur per aphaeresin pro *gevare*, *Gefahr*: atque ita primo loco est *periculum p)* dein per metonymiam *damnum*, periculi consequens, et sic porro causa efficiens periculi damnique, *dolus*, *fraus q)*. Occurrit ita etiam in statuto quodam de ao. 1303. ubi dicitur: *De ratman unde de gance Wittecheyt inder stat hebbet sich des bekeret dat van oldinges unde van rechte eyn markwicht bremers stvers scal beholden dre satyn r) unde ene halve mark lodich dre penningh wicht, eder vere myn scal wesen ane vare s)*.

Hoc praetermittere non possumus, etiam in privilegio OTTONIS IV. Imperatoris, civitati Stadeni a. 1209. dato, vocis *vare* mentionem fieri, ex quo verba adscribere juvabit: *Concedimus*

o) Apud EMMINGHAUSIVM l. c. n. 4. §. 2. pag. 200.

p) Conf. HEINECCI *elem. juris Germ.* l. III. §. 58. et WACHERI *glossarium* f. v. *Far*.

q) *Bremisch. niederfachsisch. Wörterbuch* f. v. *Vare*. n. 2. Vid. *ramen I. C. PESLERI* *progr. de origine vocis Lehnwahr* pag. 6.

r) *Satyn, setzin*, h. e. duae drachmae. vid. *Brem. niderf. Wörterb.* f. v. *Serin*.

s) III. OELBICHUS *vollständ. Samml. alter und neuer Gesetz-Bücher der R. Stadt Bremen*. pag. 66.

mus itaque ipsi et indulgemus, ut Burgenfes et optimi cives coram advocato vel alio quovis iudice IVRICAPIVM, quod vulgariſter VARE dicitur, in iudicio omnimodis non ſuſtineant t). Huc pertinet quoque quod HILDEBOLDVS Archiepiſcopus Brem. in privilegio civitati Stadenſi a. 1259. conſeſſo ſtatuit: Nullum IVRICAPIVM, quod vulgo VARE dicitur, coram advocato vel alio quovis iudice ſuſtinebunt u).

Tempore medii aevi ſec. X. XI. XII. ſeges malitiae jam creſcebat, et fraudis dolique crebriora erant etiam inter Germanos exempla. Quam labem cum boni omnes averſarentur, iudicibus etiam per leges erat mandatum, exigere *iurjurandum ſub poena doli*, et fraudem fidei omni ſtudio atque acriter coercere. Hinc ſimul orta eſt *iurjurandi ſine vara* et *iurjurandi cum vara* diſtinctio, prout fidei ſubleſtae eſſet vel aliqua, vel nulla in iurante ſuſpicio x).

S. VII.

Praeterea denotant *Iurati* quoscuſque *curatores* aut *praefectos* certorum *negotiorum* in republica: ut 1) inter opifices occurrunt *Gefchwohrne*. Sic dicuntur ea ſocietatis opificum membra, quae ſimul ſunt *ſeniores*, hoc eſt, ſocietati ſuae praefunt, illam repraeſentant, res controverſas componunt, et ad hoc officium iurejurando ſe obſtrinxerunt. Plurimis in locis huiusmodi perſonis nihil auctoritatis ſibi arrogare licet, priuſquam a Magiſtratu confirmentur; aliis vero in locis jam ſufficit, ſi a ſua ſocietate ad hoc munus ſint electae. Simili fere ratione occurrunt quoque *Iurati* apud

z) Confer. III. PVEFENDORF. *obſervat. juris univ.* in app. pag. 152.

u) IDEM l. c. pag. 157.

x) Vid. HALTAVSS. in *gloſſario* f. v. *Far.* pag. 437.

apud metallifodinas, qui vulgo Schau-Herren, Sinker- et Schiefer-Geschwohrne appellantur y).

2) Inter Iuratos quoque referuntur curatores templi, germ. Kirch-Vacter, Kirchen-Vorsteher, et Iurati Oeconomi, Kirch-Geschwohrne, Kerk-Schworne, Kark-Swaren z).

3) Iurati finium mensores, iurati mensores et arbitri finium, Land sive Feld-Geschwohrne, huc etiam pertinent, de quibus Salm-Landr. §. 15. his verbis mentionem facit: Und soll darauff der Lehenherr die GESCHWORNE LANDSCHEIDER und SCHÜTZER erfordern, und da er an etli hen Feldern mangel hätte, mag er dieselbe wiederum messen und steinern, etc. So dann dieselbe FELDGESCHWOHREN und SCHÜTZER geschickt wären: so sollen sie dem lehenherren so bald verhelffen. Ibid. §. 17. Sie die SCHÜTZER sollen auch solchen EYD, unangesehen das sie zuvor FELDGESCHWORNE sind, zu erstatten schuldig seyn. Apud Francofurtenses haec est eorum formula jurisjurandi. Die GESCHWOHRNE DES FIELDS sollen in guten Treuen geloben und zu Gott schwören, in denen Sachen, so vor sie kommen, Gerechts Urtheil zu sprechen, auch recht Messungen und Scheidungen in dem Feld zu thun: Es sey mit Steinsetzen oder anders, und des Feldes Recht und Herkommen zu handhaben, nach des Raths Gesetz und Gewonheit, alles nach ihrem besten Sinnen und Vernunftm etc. a).

4) Denique hujusmodi Iuratorum species sunt Iurati aggrales, germ. Dyckschworen, Deichgeschworne, sive inspectores fluminum,

y) Vid. HELLFELD. Repertor jur. priv. Tom. III. pag. 1756.

z) HALTAVSS. l. c. pag. 1088.

a) HALTAVSS. l. c. pag. 448. et 1166. De his etiam loquitur: Nachr. von dem Gruben-Gerichte vor Northeim. uti a. Sec. XV. et hodie observatur. §. 3. et 4. Confer. SENCKENBERG. Corp. Iur. Germ. Tom. I. part. II. pag. 51. et 53.

minum, aggerum, atque claustrorum *b*). Ab hoc *Iuratorum* nomine ortum quoque est vocabulum *Schwarenſchup*, *Schwarenſchaft*, quod tres significatus in ſe continet *c*). Primo ſcilicet *Iuratorum* munus ſignificat, deinde *jurisdictionem* *judicis* et *juratorum* *aggeris* *d*) et denique *onus* *expenſas* *ferendi*.

§. VIII.

Transitus ad Iuratos in ſpecie ſic dictos.

Tandem *Iurati* ſignificant etiam *personas publice lectas*, coram quibus *contractus* et *paſſa* celebrantur. Atque hi praesertim ſunt, quos nunc ſequentibus §. §. paulo majori ſtudio in clariorem lucem producere eſt animus.

§. IX.

Explicatio ſtatuti LV. et LVI.

Commemorantur *Iurati* eo, quo dixi ſenſu potiffimum in ſtatutis *Bremenſibus* art. 55. et 56. quorum tenor hic eſt:

Wanneer de Rad wil, zo moghen ze tho SWORNEN kezen de beſten huſſittenen borghere de en dar nutteſt dunket tho wezen, tho der mynneſten oft van veer unde twintich jaren, dede dudeſch konnen lezen unde der en ſchal nuht meer wezen den der Radmanne zint de tho der Witticheyt pleghet tho ghande.

Ok we tho SWORNEN koren wert, de ſchal ſweren, dat he deme Rade unde der ſtat truwe unde holt ze, unde rechte tughe do, unde

b) Conſulatur de his ſolide et ex profeſſo agens Ampliſ. nunc meritiffimus-que Reip. patriae Senator. CHR. ABR. HEINEKEN in tentam, *juris aggeralis* pag. 56. ſq.

c) *Brem. niederſaechſ. Woerrerb.* f. v. *Schwaren*.

d) *FRISCH reuſches Woerrerbuch.* Tom. II. pag. 249.

unde don dat noch dorch leve, noch dorch lede, dat em God zo helpe unde de hllighen e). In articulo 55. dicitur: quando Senatui placet, IURATOS ex optimis et proprias possessiones habentibus civibus potest nominare, quos ad hoc officium maxime idoneos judicat, minimum viginti quatuor annos natos, qui germanica legere possunt: nec eorum numerus senatorum numerum excedere debet. In articulo 56. statuitur: ut is, qui in Iuratorum ordinem cooptatur, jurare debeat, se senatui et reipublicae fide et obsequio deditum esse, nec non sancte et religiose testimonium dicere, et hoc nec amicitiae, nec inimicitiae causa facere, ut eum Deus et Sancti juvent.

Aperte indicant verba statuti 56. ut praeter jusjurandum omnium civium, Iurati in specie ad hoc officium novo sacramento se obstringere debuerint. Si enim cives communi jurejurando civium obstrictos statutum intellexisset, tunc verba *we tho sworren koren wert, de schal siveren*, omnino supervacanea fuissent, quoniam Iurati semper e civibus electi fuerunt. Iurati etiam diserte a reliquis civibus distinguuntur in statut. 58. *So welk borger ok de nen sworne en were aldusdannen tuch ledde edder tughede also hir vore besireven steit etc. f)* Unde apparet error Perill. PVFFENDORFII g), qui eos per simplices *cives* explicat; quem vero jamdudum beatus Reipublicae patriae Syndicus quondam meritissimus DETHARDVS SCHOENE h) recte notavit, luculenter ostendens, *Iuratos* fuisse *personas publicas*, quae e civibus a Senatu eligebantur.

Porro

e) Ill. OELRICHS l. c. pag. 89. et 474.

f) Apud Ill. OELRICHS l. c. pag. 475.

g) In *observat. jur. univ.* tom. II. in append. pag. 71.

h) In *dissert. Select. jur. Brem. rat. contr. emr. vendit.* p. 6. Confer. Cel. WALCH de *testis reo paris praestantia in jure Germ.* pag. 82.

Porro hujusmodi personae etiam in *statutis Verdensibus* i), sed alio sub nomine, *Borghen* scilicet, reperiuntur. Ipsa verba documenti sunt: *Vortmer schal nement syn Erve laten, He en do dat vor den Vaghede, un vor dem Rade, un der Stad en sche ere Plicht dar van. Un dem dat Erve laten wert, de schal darup nemen des Stades Bryff, dar he mede bewysen moghe, wo He yn dem Erve sytte, un schal BORGHEN nemen, dat men ene ware jar un Daghe, dat is dre Daghe ses weken un en jar.*

§. X.

De Iuratorum jurejurando.

Nomen *Iurati* omnino habent a *jurejurando* (§. 2.), quo ex statuto 56. obstringebantur: quamquam eos etiam ab *honore* ita dici potuisse Ill. OELRICHS k) monet.

Iusjurandum vero intendebat tantum, ut *Iurati* ad dicendam veritatem se obligarent: verbis, *unde rechte tughe do*. Quantumvis enim sanctissime jurassent testes, non tamen testimonia eorum id pondus habebant, ut ideo actor, qui eos produxerat, victor fore excederet, vel reus, pro quo testes deposuerant, absolveretur. Rara enim non sunt exempla, ubi *Iuratorum* testimoniis contradicium fuit: et tunc statutis placuit, ut per alios *Iuratos* veritas causae evinceretur, actori vero licitum esset, *jurejurando* se purgare. Hoc apparet ex ord. IV. ubi dicitur: *worden de tughe bispraket dat se nicht en hadden ghetuged alse sik de cleghere tugens vorromede, dat scal he don myt sworne. willet ok de cleghere tugens, dat*
he

i) VOGTII monum. ined. Brem. pag. 279.

k) in glossar. ad statuta Bremens. antiq. pag. 114.

he tughe hebbe alse he sick tugés vorromede, dat scal he don myt anderen swornen. aldus scial men don in anderen saken, wor men nicht en tuget alse men sick tugés vorromet dat scolen jo wesen andere tuge. wolde ok de ancleghere den cleghere sculdighen myt schlichter claghe dat he nicht tuget en hadde alse he sik tughes vorromede, so is de claghere neger to beholdende myt synen ede dat he tuget hebbe alse he sik tugés vorromede l).

Hoc loco silentio praetermittere non possumus, in lectione statutorum cautionem esse adhibendam, ne vocabulum *anclagher* putemus *accusatorem* vel *actorem* significare. Semper enim *reus* intelligitur, contra vero vocabulum *clegher* semper pro *accusatore* vel *actore* sumitur m).

§. XI.

Iuratorum origo in seculo XIII. quaerenda, 1) ob pactum HILLEBOLDINVM, de cuius auctoritate agitur.

Quando Iurati fuerint orti, non certo liquet: probabile autem, eos originem suam debere seculo XIII. Nam primum eorum meminit *pactum HILLEBOLDINVM* de anno 1259. in fine, verbis: *So welck Mann edder Fruwe ein Erve offte Wickbolde willen verfolgen, dat schal men doen MIT TWEN SCHWAREN vor unses gnädigen Heren Gerichte, tho drey veertein Dagen, tho kistenpandes Rechte.* Et porro dicitur: *Des Vagedes sine Ordel schölen MIT TWEN SCHWAREN MAENNEN vor den Rathmännnen getüget werden n).*

Quod

1) Ill. G. OELRICHS in cit. collect. Statutorum Brem. pag. 503. et p. 67.

m) Brem. niderf. Wörterb. f. v. Anklagen.

n) Vid. *Afferr. liberratis Reip. Brem.* pag. 748. sq.

Quod quidem pactum licet in usum haud deductum sit, colligi inde tamen potest, eo tempore, scilicet seculo XIII., jam existisse *Iuratos*. Antiquitati enim hujus pacti obesse hoc nequit, quod irritum factum est. Documentum autem illud adeo vetustum, et omnino seculo XIII. conceptum esse, stylus ipse plane obsoletus fidem facit. Alia vero quaestio est, an etiam hoc pactum per omnia absolutum et perfectum fuerit, atque ita vim legis acceperit? Hoc enim neutiquam affirmari potest, ex rationibus, quae ab aliis uberius jam productae sunt. Pactum hoc scilicet tali forma destitutum est, quae requiritur, ut documentum transactionis in posteros valiturum sit. *In principio* enim positus est *annus*, contra morem in omnibus ejusmodi documentis usitatum. Deinde *anni 1259.*, qui primus fuit archiepiscopatus HILDEBOLDI, mentio quidem facta est, *dies ac mensis* vero omittuntur; rursus contra morem notissimum, imo contra jus, si de vi probandi in ejusmodi casu quaeratur. Porro Archiepiscopus toto scripto simpliciter *Episcopus* appellatur. Attamen in documento solenni, praesertim pactum concernente, sine dubio, (ut in aliis hujusmodi ab et sub eodem Archiepiscopo datis et consignatis litteris fieri solet), atque ita etiam in hoc instrumento, legitimus *Archiepiscopi* titulus adhibendus fuisset. Denique scriptum hoc et subscriptione et subsignatione testium caret, quod tamen eo tempore usitatum fuit.

S. XII.

2) *Ob alia quaedam argumenta ex ipsis statutis deducta.*

Sed ad aliud argumentum, quo sententia de origine *Iuratorum* in seculo XIII. quaerenda, probabilis redditur, progredimur.

Sta-

Statuta 55. et 56. quae in serie statutorum de anno 1303. reperiuntur, hoc tempore quidem non sunt condita, sed recentius, ut ex minutis litteris, quibus additamenta significantur, apparet, sed quo tempore, non liquet. Eadem ob incertam causam etiam in statutis de anno 1428. desunt. Verum enim vero conjecturam hanc, statutum 55. jam ante 1367. conditum fuisse, formare licebit ex illo interdicto de anno 1367. vi cuius juveni, in Iuratorum numerum recepto, non permittum fuit, Iuratorum munere per ipsum testificandi actum fungi, quamdiu non complevisset annum XXIV. aetatis suae. (§. 16.) Deinde, quod Iuratorum originem attinet, eos vel seculo XIII. vel initio seculi XIV. jam adquisisse, in aprico est, quoniam in statuto 33. quod dicto seculo promulgatum est, eorum mentio fit; verbis: *is the sake hoghere van en marc, so scal he se tughen mit sworenen o*). Denique etiam statut. 57. de anno 1433. quod de poena falsimonii a Iuratis commissi agit, jam occurrit inter statuta de anno 1303. sub titulo de moderamine inculpatae tutelae, *van Notwere*, quod omnino fidem facit, *Iuratos*, nec non statutum de eorum electione et jurejurando, seculo XIII. jam extitisse. Antiquiora *Iuratorum* vestigia detegere non licuit.

S. XIII.

De Iuratorum electione, 1) a quibus electio facta sit; qua occasione differentia nostrorum Iuratorum a Iuratis Susatensibus et a Scabinis in genere notatur.

Legebantur autem nostri Iurati a *Magistratu*, non tamen universo, ut videtur, sed iis tantum, qui regimen gerebant. Dicitur

o) III. OELRICHS l. c. pag. 82.

tür enim in statuto 75. *Wanner de Rad wil zo moghen ze tho swornen kezen.* Intelligi puto hoc loco per Senatum eam Senatū partem, quam germanice *den in Eyde sitzenden Rath* vocamus; praesertim cum iis temporibus ex triginta sex Senatoribus quotannis *duodecim* tantum ad reipublicae gubernacula federent.

Secus in civitate Susatensi *electionem Iuratorum* factam esse, patet ex *antiqua et nova Schraeca Susatensi p)*. Ibi enim *ius erat civium*, Iuratum pro lubitu creandi: *welken EYTSWERE unse Borger settet, den sal he annemen etc.* Nec tamen silentio praetereundum est, hos Iuratos Susatenses, qui Scabini munere functi sunt, aevo Carolino a *missis regis* sive Imperatorum legatis eligendos fuisse. Patet hoc ex *Capit. addit. IV. cap. 106.* *Ut in omni comitatu, hi qui meliores et veraciores inveniri possunt, eligantur a MISSIS NOTRIS, ad inquisitiones faciendas, et rei veritatem dicendam, et ad jutores Comitum sint ad justitias faciendas q)*. Idem dicitur in *Capitul. l. VI. c. 218.* verbis: *Ut MISSI NOSTRI SCABINOS, Advocatos et Notarios per singula loca eligant, et eorum nomina, quando reversi fuerint, secum scripta deferant r)*.

Praeterea ne id quidem omittendum videtur, quod *Iurati* nostri ab iis plane differant, qui aliis locis *Scabini, Schöppen*, nominantur, quamquam *Scabini Iuratorum* adpellatione nonnunquam adficiuntur s). Quaedam *Scabinorum* requisita congruunt quidem *Iuratorum* nostrorum requisitis. Nimirum in *Scabinorum* electione primum spectandum erat, ut legitimis natalibus, et quidem nobiles es-

p) Apud EMMINGHAUS. l. c. no. 4. pag. 200.

q) Apud GEORGISCH. l. c. pag. 1826.

r) Apud EYNDEN l. c. pag. 1556. et p. 664.

s) Vid. STRVBENS *Nebensunden* tom. V. pag. 464.

fent. Alias enim, si viles personae huic muneri praeesent, secundum leges Longobard. a Missis Dominicis ejiciebantur. Legimus hanc sanctionem in §. 94. his verbis: *Quod si viles Personae et minus idoneae ad hoc constitutae sunt, ejiciantur t*). Proximum huic erat, ut essent cives et domestici. Peregrinis quidem permittum erat, juribus, statutis et moribus ad exercitum imbui, sed ad caesarum decisionem haud admittebantur. Nam verba *Capitul. l. VI. c. 343. sunt: Alienae gentis homines legibus ad exercitum imbui, et permittimus, et optamus, ad negotiorum vero discussionem et resutamus et prohibemus u*). Deinde etiam, ut honeste viverent, in electione Scabinorum attendebatur. Patet hoc ex *Capit. add. IV. c. 105. ubi legimus: Ut Missi nostri, ubicunque malos Scabinos inveniunt, ejiciant, et totius populi consensu in locum eorum bonos eligant x*). Denique, sicut *Iurati nostri jurejurando obstringebantur, unde et Iurati vocati sunt. Additur enim in cit. loco: Et cum electi fuerint, jurare faciant, ut scienter injuste judicare non debeant y*).

Attamen vero, quanam differentia inter *Scabinos* ac nostros *Iuratos* obtineat, aperte ex eo patet, quod de eorum officiis jam diximus. *Scabini* enim, ut scientia juris in pagis suis consueta gauderent, necesse erat, per *Capit. l. I. c. 61. Primum namque judici diligenter discenda est lex a sapientibus populo composita; ne per ignorantiam a via veritatis erret z*). In *Iuratis* vero hoc tantum requi-

r) Apud GEORGISCH. l. c. pag. 1245.

u) Apud EVNDEM l. c. p. 1580.

x) IDEM l. c. p. 1825.

y) De ceteris *Scabinorum* requisitis vid. BRUMMER de *Scabinis* cap. 7. §. 5-17. p. 323. sqq.

z) Apud GEORGISCH. l. c. pag. 564.

requirebatur, ut documenta lingua Germanica exarata legere possent (§. 19.). *Iuratorum* porro officium erat, rebus dubiis dato suo testimonio fidem facere (§. 24.). *Scabini* vero adfessores erant in tribunali, et sententiam ferebant. Hac ex causa dicitur in Iure Saxonico, *Die Schöppen sollen für Gericht Urtheil geben und finden a).*

Sunt etiam *Scabini* et *adfessores*, qui *Iurati*, *Schwaren* vocantur, et olim iudiciis inferioribus regionum civitatis Stadensis ac Vordensis praefuerunt: de quibus Cel. Io. CAR. CONR. OELRICHS *b)* sequentibus verbis mentionem fecit: *Scabini, qui Iurati, die Schwaren, vocantur, plebejæ conditionis homines, tanquam adjutores sunt adjuncti, ut incolarum mores observent, delicta annotent, refectionem operum publicorum urgeant, morosos denique et officii negligentes deferant. Hi ipsi igitur magistratus minores, eorumque adfessores ac scabini Drosato, principis nomine ex lapide botdingico jus dicenti, a latere, consilio et auxilio suere.*

Numerus *Scabinorum* variat. Regulariter XII. cum Sculteto fuerunt *c)*, sed aliquando octo sufficere existimarunt. Atque hoc exemplum nostra in republica olim imitatum fuisse videtur, cum numerus octo Senatorum ad sententiam in causis civilibus ferendam adhiberetur (§. 24.) *d)*.

Alia quaestio, quae hac occasione moveri posset, silentio haud praetermittenda est; an scilicet in iudiciis Advocati, quibus olim Bremæ episcopi gavisi, et coram Advocato episcopali habi-

tis,

a) Vid. *Land- und Lehn-Recht*. c. 81. §. 1.

b) In dissert. inaug. de *Bording et Lodding iudiciis Germaniae* pag. 30.

c) Vid. BRUMMER *l. c.* pag. 312.

d) Exempl. vid. ap. Ill. OELRICHS *l. c.* p. 178.



tis, vulgo *Vogtgerichte*, Iurati nostri auctoritatem suam interposuerint? Hac de re nihil quidem certi constat, eorum tamen auctoritatem, cum, ob ea quae antea dicta sunt, nullam jurisdictionem habuerint, eatenus extendere audeo, ut etiam ad hoc iudicium eorum praesentia, non consulendi, sed testificandi gratia, necessaria fuerit. Dicitur enim in supra allegato illo pacto Hilleboldino: *Des Vagedes sine Ordell schölen MIT TWEN SCHWAREN MAENNEN vor den Rath getüiget werden, unde de Rathmänner schölen de Ordell bestedigen, unde darup de Execution befehlen e*). Placito huic eo major fides attribuenda erit, quod ab ipsa parte episcopali adductum fuit, cujus iura limitat, dum ex eo patet, senatui jus confirmandi sententiam in iudicio Advocati prolatam, nec non jus eandem exsequendi competere.

Aliis in locis, v. gr. in civitate Susatensi, electorum Iuratorum erat jus quaesitum, hoc in iudicio subsellium occupare, nec praepositus, vel ejus officialis, hoc prohibere poterat. Sic legimus in *Schraea Susatensi*: *Quemcunque Scabinum, qui Etswere dicitur teutonice, Burgenfes statuerint, ipsum Praepositus acceptabit, admittet, et nequaquam contradicet f*). Sed alia hujus rei erat ratio: ibi enim Iurati fuerunt Scabini, qui interrogari debebant, quid de lite mota censeant, et de eorum consilio ferebatur sententia.

§. XIV.

2) *De Iuratorum numero.*

Numerus Iuratorum videtur fuisse incertus. Stat. 55. quidem definit, his verbis: *unde der en (Swornen) schal nicht meer wesen*

e) *Affert. lib. Reip. Brem. p. 749.*

f) *Vid. Kopp. von Hess. Gerichten. Tom. I. pag. 133.*

wezen den der Radmanne zint de tho der Witticheyt pleghet tho ghande. Sed obstant exempla g). Anno MCCCLXVII. Iurati 92. electi fuerunt, *Senatus (Wittheyt)* vero ex 39 personis constabat. Anno MCCCCVI. Iurati 35. creati sunt, cum tamen univ^{er}sus *Senatus* numero 28. personarum absolveretur. Quod prius exemplum attinet, electio secundum annorum praeteritorum normam facta fuisse videtur; normam v. gr. anni 1332. quo tempore *Senatorum* numerus 106. fuerat. Posterius vero exemplum docere videtur, *Senatum* non semper hoc statutum, aut similem legem curavisse.

S. XV.

3) *De eorum electione ex quatuor urbis paroeciis.*

In *Iuratorum electione* vero quatuor *paroeciarum urbis h)* rationem olim habitam fuisse, antiquissimus, qui in *legendo Senatu* locum habuit, mos dubitare nos non finit. Antiqua enim haec et per multorum annorum seriem observata consuetudo in electione membrorum *Senatus* fuit, ut novum membrum semper ex eadem *paroecia*, cui decedens adscriptum fuerat, lege-

g) Apud III. OELRICHS l. c. pag. 280. seqq.

h) *Paroecias* urbs quatuor habet: quarum prima *Mariana*, sive D. Virginis, fuit antiquissima, a qua, quum nimis magna et numerosa evasisset, ex auctoritate Papae Gregorii IX. ab anno 1227. separatae sunt duae aliae *Martiniana* et *Anshariana*. Quarta *paroecia*, *Stephaniana*, quae, antequam *Mariana* in tres divisa esset, altera civitatis *paroecia*, sed suburbana fuerat, circa annum 1307. (teste DILICHO in *chron. Brem.* ad hunc annum) urbi includi coepta est, atque ita ad tres praecedentes accessit. Documenta huc spectantia protulit b. IOH. PHIL. CASSEL illustris Gymnasia Brem. Prof. Publ. quondam meritissimus in diversis programmatis germanice conscriptis, (*Historische Nachrichten von unser lieben Frauen Kirche, von St. Martini Kirche, von der Kollegiat Kirche des H. Ansharius, und von der Kollegiat Kirche des H. Stephanus in Bremen.*) ac Bremae 1773. et seqq. editis.

egeretur: quae consuetudo usque ad annum 1391. obtinuit, illo vero tempore abrogata est. Annuente enim Bonifacio Pontifice M. petitioni a Senatu Bremensi tunc illi exhibitae de abroganda illa hactenus observata consuetudine, Magistratus ab illo tempore loco decedentium alios viros idoneos sine paroeciarum respectu eligere et assumere coepit. Apparet haec mutatio ex Bonifacii Pontificis diplomate, anno 1391. civitati, de libera electione Proconsulum et Consulium, ex tota urbe, dato; quod adhuc superest i). Illis scilicet temporibus non audebant laici in ulla civitate aliquam ullius momenti mutationem in commoda civium facere *sine consensu Papae*, etiamsi talis urbs illi vix nomine cognita esset. In primis vero, si talis res aliquid *religiosi* admixtum haberet, ut hic *jusjurandum*, cujus vinculo Senatus Bremensis ad veterem morem observandum hactenus obstrictus fuerat, et a cujus obligatione solus Pontifex Romanus liberare posse credebatur.

S. XVI.

De Iuratorum requisitis, I. quae statut. LV. continet:

1) *de cespitalitate.*

Nunc me converto ad Iuratorum requisita, quae in statuto 55. reperimus. Primo omnium lex flagitabat, ut Iurati *propriam domum et possessiones* haberent: quod ex statuto 55. patet, ubi dicitur: *Wanner de Rad wil so moghen ze tho swornen kexen de besten husfittenen Børghere. Husfitten, hoesfittend, germ. haussfæssig, hausfittend, h. e. domo propria et possessionibus gaudens. Optime cum hac legis dispositione id conspirat, quod in codice quodam*

Lube-

i) In *Affert. lib. Reip. Brem.* p. 275. sq. Confer. b. I. P. CASSELLS *Hist. Nachr. von dem Rath der Stadt Bremen* pag. 29. sqq.

Lubecensi antiquo legimus: *de Lude de baven 3 mark tugen scholen, dat scholen wesen besetene Börgere unde ehre erve scholen enen verlaten wesen vor dem Rade k*). Quodammodo tamen a nostris statutis haec dispositio differt. Hoc loco enim requiritur, ut in testes bona immobilia per judicialem resignationem translata sint, nobis vero hoc requisitum haud necessarium est, quanquam securitatis causa resignatio ad acta in alienationibus immobilium fieri solet. Porro nostris Iuratis quaecunque negotia civilia *marcae valorem superantia* demandabantur (§. 24.): hoc vero statutum Lubecense *trium marcarum pretium* requirit.

Illud autem requisitum, quod leges flagitant, ut scilicet Iurati *possiones habeant*, dicitur *cespitalitas l*), unde *jus cespitalitatis*, quod Saxoniae jura excogitarunt. Atque haec de *cespitalitate testium* principia sese quoque in jure nostro statuario conservarunt. Cuncta vero haec ex jure Saxonico in Bremense derivata esse, oppido certum est, adeo ut verissime scribere potuerit KREFTINGIVS m) juris statuarii Bremensis glossator: *Dusse Statuten, so offte se wedder de gemeene Rechte etwas disponeren, sind allerdings uth den Sassenrecht genamen und gedeseumeert, ungetwiefelt von der Ohrsake willen, dewiele Sassen- recht in solcken Punkten tho Bremen in Gebruecke und Gewohnheit gewesen*. Sed etiam Germanis solida ratio non defuit, cur *cespitalitatem* in testibus requirerent. Sana scilicet ratio gentes moratiores docuit, ad reparationem damni merito obstringi, alteri qui dolo malo nocuit, et ejusmodi facinoris quidpiam in se cadere passus est, ex quo civis

sui

k) Vid. Cel. WALCH. *de test. reo parisi praest. in j. Germ.* p. 74.

l) Hac in materia auctor classicus est Ill. DREYER *in commentar. de cespitalitatis requisito in testibus habilibus*.

m) ad prooem. §. 3. stat. 2. p. 242. edit. OETKEN.



fui fortunae bonisque grave aliquod periculum imminebat; unde recte collegerunt Teutones, resarcienda utique esse damna, quae quis falso intulit testimonio, et testes, qui alterum in quacunque causa falso testimonio opprefferunt, si solvendo sint, in tantum condemnandos esse, quantum alteri damnum datum est. Ita sane rationes subduxerunt nostra statuta Bremensia, dum perjurium a Iuratis commissum severe vindicant: de qua poena propius agam §. 27.

Quoniam igitur requisitum *ospitalitatis* necessarium fuit, *clerici* quoque, qui non poterant esse cives, ad Iuratorum munus haud admissi sunt. Imo *praediorum civicorum alienationes in personas ecclesiasticas* expresse in statutis prohibitae erant n). Legimus prohibitionem in statuto 30. *Nen borghere ibi dicitur often borgersehe geven schal ofte vorkopen ofte to pande setten wicbelde gefliken luden edder papen. So we se dat breke worde he des vortuget myt twee Swornen de schal geven der Stad vijf mark. unde ok schal de Kop unde gave unde de settinghe unselede bliven o).*

§. XVII.

De rei et actoris paritate in actu causas litigiosas testificandi observata.

Sed notatu dignum est, statuta in actu causas litigiosas testificandi etiam rei et actoris *paritatem* sive *aequalitatem* respexisse, ita, ut, si vel maxime causa valorem marcae superaverit, quibusdam in casibus Iuratorum auctoritas tamen non requireretur, si nem-

n) Vid. Exc. Iac. Brevls, reip. patriae Senator nunc meritissimus, de alienat. et oppig. *Jure statut. Brem. restrict.* pag. 55.

o) Ill. OELRICHS l. c. pag. 462.

fi nempe reus juribus civitatis haud frueretur. Astori itaque, tum extraneo, tum civi, testimonio peregrini contra alium peregrinum uti, leges permittunt; hincque in ord. XLII. legimus: *Ein Borger mach tuigen op einen Gast mit twen anderen Borgeren unbespraken öres Rechtes, also hoch also de Schult lopt, dat buten ofte binnen Bremen is geschen, desgeliken mach ein Gast mit twen gasten einen gast vortuigen p)*. Sed vice versa contra civem omnes hospites a testimonio arcentur, si debitum intra urbem est contractum. Perspicue id videmus hisce ex verbis: *Nen Gast en mach tugen up enen borgher myt gasten nene walt. Mer umme gelt dat buten Bremen is ghelovet des mach he ene vortughen myt eneme borghere unde myt eneme gaste enemarkunde nicht hoghere q)*. Haec legis dispositio an *paritatis causa*, an vero ob *ospitalitatis requisitum* facta sit, adhuc sub iudice lis est r). Revera autem legislatores utrumque in testimonio contra civem ferendo, alter utrum vero tantum in testimonio contra extraneum respexisse putem.

Ex eadem *paritatis* et *ospitalitatis* ratione statuta cavisse videntur, ne *Clericus* testimonium exhiberet, dum fanciunt: *dar en mach nein Pape edder Frauwe jemanden vortugen vor unses heren Vagede, idt sy ohme lavet edder entsagen mit Vormunde s)*. *Feminas*

p) *Idem l. c.* p. 521. *Conf. Cel. WALCH l. c.* p. 21 sq.

q) *Ord. XLI.* apud III. *OELRICHS l. c.* p. 520.

r) *Vid. Clar. DREYER. de ospitalitatis requisito in testibus habilibus* p. 34. et *Cel. WALCH l. c.* p. 74.

s) *Ord. XXXVIII.* ap. III. *OELRICHS l. c.* p. 519. *Conf. Cel. WALCH l. c.* pag. 67.



minas in iudicio testari, leges quidem non minus vetant, sed ita tamen, ut non simpliciter eorum testimonium rejici possit. Dicit enim *Ord. XXXIX. dar en mach nein Frauwe ofte Junckfrauwe einen Mann vortugen nenes dinges, idt en sy mit unterscheide an anderen Ordelen in dissem Boke geschreven t*). Quibus vero in causis testimonii ferendi facultas in feminis data est, docet *Ord. XLIII*. Ibi enim uxori solum permittitur de eo testari, quod marito debetur, vel ei est promissum. Verba sunt: *Ein jewelich Frauwe mach wol betuigen öres echten Mannes Schulde, de men eme schuldig was, do he levede. Se mach ock betugen wat jegen eren echten Man willkoret ofte bekendt is u*). Hodie tum *hospitum*, tum *seminarum honestarum testimonium* in iudicio ex aequitate admitti, jam initio saeculi praecedentis a KREFTINGIO glossatore observatum est x).

§. XVIII.

2) De Iuratorum aetate legitima.

Transgredimur ad aliud requisitum Iuratorum, quaenam scilicet in Iuratis aetas legitima fuerit. Hac occasione de nihilo non erit, distinctiones *juris Romani* ratione aetatis praemittere, et cum his *statutorum* nostrorum differentiam coniungere.

Iure quidem *Romano* secundum statum naturalem ratione aetatis alii homines sunt *minores* viginti quinque annis, alii *maiores*. *Minores*, ut nemo nescit, dividuntur in *puberes* et *impubes*.

1) III. OELRICHS *l. c.* p. 520.

2) IDEM *l. c.* p. 521. Cf. Cel. WALCH *l. c.* p. 100.

3) ad §. 7. *Ord. XL.* p. 267. et ad §. 15. *Ord. XXXIX.* p. 268 sq. edit. OETKEN.

puberes. Puberes vero subdividuntur in *minus plene tales* et *plene puberes.* *Minus plene tales* sunt masculi post annum *decimum quartum*, *feminae* post annum *duodecimum.* *Plene puberes* autem sunt masculi post annum *decimum octavum*, *feminae* post annum *decimum quartum.*

Sed *nostrae reipublicae statuta* ab his Romanorum placitis deflectunt, et terminum *majorennitatis* in anno *decimo octavo*, in masculis, ponunt. Adepta enim hac aetate juvenes ut a tutela liberentur, statuta fanciunt; *feminae* vero post annum *decimum quintum.* Provocamus hanc in rem ad statutum XVII. ubi dicitur: — *were ock dat de korne vormunt aslivich wurde er de kindere to eren jaren komen y)*, *so moghen de neghesten vrunt* — — *enen anderen vormund in des doden stede hesen &c. desse Vormunde de korne myt bornen schullen vormunde bliwen den juncvrowen wente se to vifteyn jaren komen unde den knechten to achtein jaren z).* Probabile est, statutum sub voce *Vormuntschup* non solum *tutelam*, sed et *curatelam* intelligere; et sic tutores etiam inviti, contra jus civile, *curatelam* continuare tenentur, sicut moribus convenit *a)*. Iuveni vero, adepti *majorennitate*, i. e. post annum *decimum octavum* impletum, permissum fuisse videtur, negotia, quae ordinarie in vita communi obvenire solent, administrare, absque tutoris vel curatoris auctoritate.

Sed

y) Conf. HEINECCIJ *elem. jur. Germ.* l. I. §. 387.

z) Ill. OELRICHS l. c. p. 457. sq.

a) Vid. Generos. DE SELCHOW *elem. jur. Germ.* §. 197. et 514. STRYK in *Ufu mod. Dig. tit. de tutelis* §. 9. Conf. tamen Ill. PUFFENDORF *observ. jur.* Tom. II. obs. 12.



Sed quod attinet gravissimum illud Iuratorum, Senatoris dignitati proximum, officium, ad hoc, aequè ac in munere Senatoris (§. 22.), statuta *viginti quatuor annos* requirunt. Legimus scilicet de Iuratis in statuto 55, eos esse debere: *tho den mynneften olt van veer unde twintich jaren.*

Occurrunt quidem exempla juvenum, qui jam in *Iuratorum* numerum recepti fuerunt, sed his tamen *Iuratorum munere* per ipsum testificandi actum *fungi* interdictum fuit, quamdiu non compleverint annum XXIV. aetatis suae (§. 20.). Quamvis autem legislatorum intentio fuerat, *testificationem juvenum* non solum, sed etiam *electionem* eorum prohibere, statuto tamen per observantiam derogatum fuisse videtur.

§. XIX.

3) *De scientia in Iuratis requisita.*

Quam magna dominans inter laicos tempore mediæ aevi stupiditas fuerit, triste documentum, quod ipsum illud statutum 55 jam saepe allegatum praebet, clarissime demonstrat. Vnicum illud, quod in Iurato requirebatur, et ob quod ad suum officium satis idoneus censebatur, erat hoc, *dat he dudesch lezen konde*, i. e. *quod documenta lingua germanica excarata legere possent.* Literati enim nomine medio aevo *clericos* vix et unico gavisos, certa ac notissima veritas est: hi vero a *Iuratorum* officio excludebantur, ut §. 16. et 17. jam ostensum est; et laicis nulla discendi occasio erat, nisi apud Clerum, qui vero omnes nervos potius intendebat, ut laici rudes stupidique manerent.

§. XX.

§. XX.

II. De Iuratorum requisitis quae decretum Senatus de
a. 1367. continet.

Necessarium porro erat, ut Iurati *legitimis natalibus* gauderent, *suarumque rerum domini, non servilis conditionis, et integrae vitae* essent. Continet haec requisita decretum, quod nominibus Iuratorum, anno MCCCLXVII. electorum, praemittitur, et in codice membranaceo statutorum antiquiorum, anno MCCCIII. confecto, qui in tabulario publico Bremensi adhuc servatur, occurrit *b)*, (adjectum scilicet ab alia recentiori et minus elegante manu duobus foliis membranaceis, quae in codice pura invenit,) et quod ita sonat:

„Anno Dni MCCCXLVII. in Professo Beati Silvestri Pape, „infra scripti fuerunt electi in juratos civitatis Bremens. et si „inter eos aliquis fuerit, qui sit illegitime natus, aut lito, aut „dans censum cere, et huic electioni consenserit, et scienter se „elegi fecerit, emendabit cum viginti marcis Bremens. convi- „ctus duobus testibus. Et si aliquis se inhoneste rexerit, de- „ponatur.”

De parochia Sancte Marie electi.

„Hinricus Sparenberch, Hermanus Lesman, Willekinus „de Zyden, Detleui de Vuezen, Gotfridus Wyntappere, Thide- „ricus Ployes, Holtorp, Arnoldus Munt, Iohannes Osterholte, „Martinus Hedenebudel, Dedeke Zygers.”

De

b) Vid. III. OELRICHS l. c. pag. 280 sqq.



De eadem parochia.

„Isti infra scripti sunt juvenes et non debent testificari
 „sicut iurati quamdiu non compleverint XXIII. annum aetatis
 „sue sed postea possunt testificari sicut ceteri iurati.
 „Gotfridus de Colonia, Bernhardus Schorhar.”

De parochia Scti Martini.

„Bertoldus de Bucken, Dethwardus Prindeney, Hinricus
 „de Tivera, Johannes Werenberch, Ritquardus de Zuffede, Got-
 „fridus Bolleer, Alb. Christianus Munt, Gotfridus Withgen, Hen-
 „ricus de Nygenborch, Hinricus Kynt, Rolandus Bordere, Hin-
 „ricus Toke, Bertoldus Prindeney, Hinricus Prindeney, filius
 „Thid. Hermannus Rode, Hinseke Bath, Wernerus Olde, Mar-
 „tinus Hemeling, Herbertus Schorhar, Johannes Drakenborch,
 „Hermannus Peye, Hinricus de Borken.”

„Isti autem subscripti de eadem parochia sunt juvenes et
 „non debent testificari tanquam iurati quamdiu non compleve-
 „rint XXIII. annum aetatis sue.

„Hinricus de Revele, Rolandus Sueringh, Johannes de
 „Leze, Arnoldus Doneldey, Willekinus de Harpftede.”

De parochia Scti Ansharii.

„Johannes de Hasberghen, Jacobus Olde, Arnoldus de
 „Wildeshufen, Johannes Lankenov, Ziffridus Hemeling, Ber-
 „nardus de Vechta, Hergerus de Wole, Hinricus Steding, Thi-
 „dericus Hut, Thidericus Grube, Bernardus Advocati, Daniel
 „Brandes, Thidericus Mannelkerne, Ziffridus Duckel, Hinricus
 „Gro-

„Groning, filius Alberti. Hinricus de Borken, Thidericus Hel-
 „lingstede, junior, Eyladus Pyning, Fredericus de Walle, Wer-
 „nerus Swalenberch, Johannes Swering, Conradus de Haren,
 „Detwardus Nicolai Dheodolphi, Hinricus de Ruthen, Ryppe
 „filius Ripponis, Thidericus Longi Gherhardi, Hinricus Stoc-
 „vyfch, Luderus de Colonia, Martinus Prindeney, senior, Jo-
 „hannes de Quakenbruche Lorot, Gherhardus Borchardi, Hin-
 „ricus de Helle, Johannes Berneri.”

„De eadem parochia non debent testificari ut jurati quam-
 „diu non compleverint XXIII. annum etatis sue.

„Hinricus Doneldey, Reynwardus Dene.”

De parochia Scti Stephani.

„Johannes Grove, Thidericus Stot, Johannes Schonemor,
 „Thidericus Bodekere, senior, Hermannus Brant, Borchardus
 „Bulle, Borchardus Brant, Alberus de Berna, Wulf de Beken,
 „Gherhardus Gronere. Richardus Junghe, Thidericus Bolleer,
 „Henricus de Zutterum, Johannes Kalveswanghe, Christianus
 „Ziger, Johannes van Holten.”

„De eadem parochia non debet testificari ut Iuratus.

„Elerus Kint.

„quamdiu non compleverit XXIV. ann. etatis sue.”

„Omnes suprascripti Iurati non possunt testificari in causis que
 „facte fuerunt priusquam electi et pronuntiati fuerunt in Iuratos.”

„Anno Dni. millesimo quadringentesimo sexto in crastino beati
 „Mathie apostoli infra scripti fuerunt electi in Iuratos Civitatis
 „Bremenfis.”

In



In parochia S^{ct}e Marie electi.
 „Gherd van Wole, Johan van der Tiver, Diderich van Hoyfen.”

De parochia St. Martini.

„Herman Bynnewys, Johan Kremer, Godke Gronyng,
 „Junge Detward Prindeney, Albert Jungheman, Eler van Mun-
 „stere, Eler Kind de junghere, Hinric Hellingstede, de junghere,
 „Hinric Hellingstede, de elder, Hinrich Wend, Cord Border.”

De parochia St. Ansharii.

„Gotschalk Hellingstede, Detward Gliffingh, Hinrich Spa-
 „renberch, Johan Vasmer, Godeke Witgher, Johan Holtorp,
 „Elerd Beverstede, Dyderic Sweders, Engelbert Stot, Eler
 „Kint, de junger, Luder Grove, Willeken van Kneten, Oldach
 „van Wildeshufen, Willekin Stedingh, Johan Schermbecke,
 „Meynhern van Borken, Herbord Duckel, Syverds sone, Johan
 „Mathteses, Johan Bufeke, Gherd Rode.”

De parochia St. Stephani.

„Johannes Cammeke.”

§. XXI.

Explicatio vocabuli in decreto occurrentis lito.

Sed revertimur ad decretum Senatus, ubi reperimus voca-
 bulum *lito*, quod illustrare operae pretium videtur.

Liti vel *lirones* erant servi, sive in fervorum numero, et
 appellantur quoque *rustici*, *villici*, *villicani glebarii*, uti POLY-
 CARP. LEYSER animadvertit c). Hac enim in significatione
 legi-

c) in disert. de *lironum* absolutioe p. 2.

legitur *lito* in diplom. anni 1260. verbis: — et quoniam ecclesia vallis sancte Marie quosdam LITONES, quibusdam mansi sibi appropriatos, in villa possedit memorata, rogavimus commilitones nostros ipso in tempore ut cautelam adhiberent, ne dicte ecclesie LITONES quodvis incommodum paterentur. Proinde cum villa depredata incenderetur, contigit per infortuniam, ut speramus, domos rusticorum ecclesie sepe dicte ignibus concremari d). Pari modo alio in quodam diplom. de a. 1302. VIII. Kalend. Augusti dicitur: Bruno prepositus, Segehardus prior, totusque conventus monasterii sancti Pancratii in Hamersleve, . . . Cum aliqua inter nos et abbatem — super hominibus quibusdam glebariis seu LITONIBVS, in Hamersleve, Wengersleve, Ottenleve vel alibi commorantibus, esset exorta aliqualis contentio — De hominibus etiam glebariis seu LITONIBVS de quibus extat dubium, an nobis, an ecclesie — pertineant, cum de notoriis probari non sit opus, sicut extitit diffinitum, ut quicumque eorum adhuc vivens, vel etiam ejus sanguinei, vel etiam alieni fide digni, post ejus mortem hoc assertive dicere, seu suo firmare voluerint juramento, quod nobis, seu antedicte pertineat ecclesie, in hoc contenti erimus, hinc et inde e). — Nec minus legitur *lito* in privilegio HILDEBOLDI Archiepiscopi Bremensis, civitati Stadeni a. 1259. dato. Item, ait HILDEBOLDVS, Cives nullum servum aut LITONEM nostrum, vel ecclesie Bremensis, vel alicujus ad ipsam ecclesiam pertinentis, seu alicujus nobilis, in suam civitatem recipiant, nisi domino illius consentiente, et si alicui LITONI datum fuerit jus Burgense, domino suo consentiente, idem LITO a domino suo de cetero ab

d) Apud LEYSERVM l. c. §. I.

e) Apud EVNDEM l. c. §. I.

omni causa — — erit liber et solutus f). Verbis *servus* et *lito* HILLEBOLDVS aperte utitur synonymice. Porro quoque *privilegium* OTTONIS IV. Imperatoris civitati Stadenſi ao. 1209. datum vocabulum hoc adhibet, ibi enim Imperator dicit: *Haec conditioni connectimus, ut nullus omnino LITO in vestram civilem justitiam, nisi ex permissione et licentia Domini sui, coram iudice et communi vulgo recipiatur g).*

Hac ex denominatione *jus Litonicum* quod juri villico congruit, originem traxit. Dicit enim POL. LEYSER h): *Litos vel lidos servis in Germ. annumeratos fuisse, variis ex documentis colligitur. Hinc lidus ingenuam feminam trahens vel rapiens de vita componere jubetur, cum ingenuo non nisi pecuniaria 60. solidorum poena indicta sit. Reperitur haec dispositio in pacto legis Salicae anni 798. tit. XIV. c. 6. Hoc pactum scriptores quidem nonnulli tradiderunt i), sed quum ne hi quidem libri in omnium manibus sint, non pigebit ea quae huc pertinent, verba adscribere; ita vero se habent: Si quis puer regis vel LIDVS ingenuam feminam traxerit, de vita componat. Lidum occidens non nisi dimidium ejus quod ingenuo interemto pendendum erat, solvit, ut *lex Sal.* tit. XLIV. c. 4. his verbis docet: Si vero Romanus vel lidus in tali contubernio occisus fuerit, hujus compositionis medietas solvatur.*

Occurrunt etiam *litones* sub nomine *servorum fiscalinorum*, qui fisco regis serviebant, medio aevo dicti *Königs-Leute*. Ait igitur saepe dictus LEYSER k): *Imo diserte in dominorum suorum servi-*

f) Ill. PUFFENDORF *observat. juris univ.* in app. pag. 158.

g) IDEM *l. c.* pag. 154.

h) in *diff. de servis servorum*. §. 4.

i) Apud STEPH. BALVZIVM in *collect. Capitular. reg. Francor.* Tom. I. p. 291. et P. GEORGISCH in *corp. jur. Germ. ant.* p. 37.

k) *loc. cit.*

servitute constituti dicuntur, servique fiscalini nominantur. Addit etiam fontes, quibus haec sententia confirmatur. Sic legimus in lib. V. *Capitul.* cap. 303. quoties hoc servorum genus operas praestare debebat; v. g. *ut qui quartam facti tenet, cum suis animalibus seniori suo pleniter unum diem cum suo aratro in campo dominico aret l*). Quenam differentia inter ingenuum et servum ecclesiasticum aut fiscalinum ratione poenarum habita fuit, docent verba lib. IV. *Capitul.* cap. 32. *Quicumque liber homo vel in emptione vel in debiti solutione denarium merum et bene pensantem recipere noluerit, bannum nostrum, id est, sexaginta solidos, componat. Si vero servi ecclesiastici aut fiscalini hoc facere praesumpserint, sexaginta ictibus vapulent m*).

Litones itaque, sive *fiscalinos*, omnino servorum genus, et quidem glebae adscriptos, fuisse, satis apparet; praesertim vero ex iis constitutionibus, quibus *colonis* et *fiscalinis* alicubi *traditiones* facere expresse interdictum fuit. Huc pertinent verba *Capitul.* lib. III. c. 36. *Ut nec colonus, nec fiscalinus, possint alicubi traditiones facere.* Nec non *Capitular.* lib. V. c. 84. *Ut nec colonus, nec fiscalinus, alicubi traditiones facere audeat n*). Porro in casu *furti commissi* reliquis servis *fiscalini* aequiparantur. Dicitur enim in *Capitul. regum Franc. reg. CHILDEBERTI* de ao. 597. §. 13. *Si servi ecclesiarum, aut fiscalini, furtum admiserint, similem poenam, susineant, sicut et reliquorum servi Francorum o*). Id denique, *Fiscalinos* scilicet *glebarios* fuisse, patet etiam ex *legibus Wisigothorum*

l) Vid. GEORGISCH l. c. pag. 1483.

m) Vid. GEORGISCH l. c. pag. 1827.

n) IDEM l. c. pag. 1354. et pag. 1477. cf. pag. 665. 1448. et pag. 1557.

o) IDEM l. c. pag. 477.

rum ubi l. V. c. 15. *fiscalini servi fisci et fiscales nominantur, et statuitur, ut non aliter collata servo fisci libertas allatenus valeat, nisi regiae manus fuerit filo subscripta.* Nec non ex eodem libro cap. 16. ubi eorum libertas hoc modo restricta est, *ut iis mancipia sua aut terras ad liberos homines non liceat venditione transferre, nisi tantummodo aliis servis vendendi habeant potestatem p).*

Hoc vero satis sit ad probandum, *litones* speciem fuisse *servorum*, et quidem *glebariorum*; quamvis negari non potest, eos *melio-riorem conditionem* habuisse. Occiso enim litone *centum solidis* damnum refarciendum fuit, reliqui vero servi *quinquaginta solidorum* hoc in casu aestimabantur. Haec constitutio in CAROLI MAGNI Capitul. de ao. 813. l. III. c. 4. et 5. his verbis legitur: *Qui lidum occiderit, solidos centum componat. Et exinde in dominico tertiam partem componat. cap. 5. Qui servum occiderit, solidos quinquaginta componat. Exinde in dominico, sicut diximus tertiam partem componat q).* Litones praeterea, sive *fiscalini*, *mancipia* possederunt, uti ex antedictis patet; imo etiam *servitores*, i. e. *servos servorum*, habuerunt r). Personae etiam liberae, si cum *fiscalinis* se conjungerent, tamen nec jure hereditatis parentum exciderunt, nec a testimonio pro hac re repulsa fuerunt. Invenitur haec dispositio in l. III. Capitular. cap. 16. hisce verbis: *De liberis hominibus, qui uxores fiscalinas regias, et de seminis liberis, quae homines similiter fiscalinos regios accipiunt, ut non de hereditate parentum, vel de causa sua quaerenda, nec de testimonio pro hac re abjiciantur; sed ta-* lis

p) IDEM l. c. pag. 2012.

q) Apud BALVZIVM l. c. Tom. I. p. 511. et GEORGISCH l. c. pag. 781.

r) Vid. POL. LEYSERVM de servis servorum.

his etiam nobis in hac causa honor servetur, qualis et antecessoribus nostris Regibus vel Imperatoribus servatus esse cognoscitur s).

§. XXII.

De similitudine requisitorum Senatorum et Iuratorum.

Supereft, ut paucis adhuc exhibeamus *requisita*, quae in *electione Senatorum* in censum veniebant, quo pateat, eadem etiam apud *Iuratos* locum habuisse. *Requisita Senatoris* in statuto III. hisce verbis referuntur: "Unde de ghenne de to Radmanne wert
„ghekoren, de schal deme so don unde des nicht weygheren.
„Iden sy dat he id myt synen rechte vorwaren wille, dat he des
„nicht vormoghe an live ofte an gude oft de mestendeel der wit-
„heyt den eed van em hebben wille. unde schal in deme jare alfe
„eme dat boren mach en half jar kernerer wesen wanner he fit
„in deme rade des Borgermesters unde des Rades dar eme mede
„to sittende bord. unde schal echte und rechte unde vrig ghebo-
„ren wesen unde nicht was tynsich; unde schal verundetwintich
„jar olt wesen edder dar en boven. Ok schal he hebben binnen
„Bremen eghens erves dat id wert sy hundert mark offte dar en
„boven unde schal der Stad to Bremen inlofen edder kopen ene
„mark geldes. de schal he unde syne erven wedder upboren also
„men-

s) Apud P. GEORGISCH *l. c.* pag. 1349. Confer. *Capitular.* lib. V. c. 259. *l. c.* pag. 1469. Lib. VI. c. 288. *l. c.* pag. 1569. Ap. BALZIVM *l. c.* Tom. I. p. 438. Caeterum quae de his *lironibus* attuli, maximam partem debeo observationibus, quas a me consultus de his hominibus per epistolam benevole mecum communicavit Vir Excell. et Consultiss. ION. ABR. AHASVERVS, U. I. D. et Prof. illustr. Gymnassi patrii publ. ord. nec non reip. Brem. Archivarius meritiss. Praeceptor olim meus et Fautor ob innumerabilia in me collata beneficia ad extremum usque vitae halitum devota mente colendus: quod hic gratus profiteor.

„mennich jar alse he mennighe mark dar vore geven heft unde
 „schal geven ver mark to der Stad muren bynnen den ersten
 „mande alse he ghekoren is. Unde wanner he also den Rad to
 „gefworen heft so scal he Radman bliven unde den nicht upghe-
 „ven iden sy dat he id myt synem rechte bewaren wille dat he
 „des nicht en vormoghe an lyve ofte an gude ofte de mestendeel
 „der witheyt den eed van en hebben wille“ t). Hoc est: *Is*
qui in Senatorum ordinem cooptatur, electioni consentiat, et munus
suscipere non recusat, nisi iurijurandi religione confirmare velit, se
munere ob defectum qualitatis, vel corporis, vel animi, vel ob defectum
bonorum fungi non posse; si nempe major pars Senatus hoc iurjuran-
dum exigat. Et eo quidem in anno, quo eligitur, per semestre tempo-
ris spatium camerarius esse debet, quando in senatu Consulis et Sena-
torum assidet, sicut hoc ei competit. Legitime autem natus, nec lito
sit, nec dans censum cerae, et viginti quatuor annos habeat, vel plu-
res. Porro etiam propria bona immobilia centum marcarum pretii,
vel amplius, intra civitatis Bremae territorium possideat, et civitati
Brenensi pretium unius ponderis sive marcae solvat. quam summam ipse
et heredes ejus tot annis recipient, quantum marcarum dedit, et pro-
moeniis conservandis quatuor marcarum exacto mense a tempore electio-
nis pendat. Postquam vero senatui juravit, in ordine Senatorum ma-
nere, nec officio renunciare debet, nisi iurejurando declaret, se hoc mu-
nere ob defectum qualitatis vel corporis vel animi, vel ob defectum bo-
norum fungi non posse, si nempe major pars senatus hoc iurjurandum
exigat.

Valde disputant interpretes de explicatione vocis *was tynsich*.
 Alii contendunt u), verbum de *glebae adscriptis* intelligendum es-
 se,

r) Ill. OELRICHS l. c. pag. 448. et pag. 63. sq.

u) Vid. Brem. u. Verd. Hebpffer p. 139. 149. et Brem. nieders. Wörterbuch
 f. v. Waszynsich.

se, quoniam, teste b. KREFTINGIO, veteri quodam in statutorum libro hanc materiam tangente legitur: *de Hofetinsig edder Erdendeel gift*, i. e. *nec servus hubarum, nec portionem redditus ex agro pendens*. Ill. OELRICHS vero de *cerocensualibus, wachszinsig*, intelligendum esse putat. Ex comparatione *requisitorum* quae in electione *Senatorum* et *Iuratorum* observari debebant, videtur decretum de anno 1367. quod *requisita Iuratorum* continet, etiam in explicatione statuti Ill. adhiberi posse, et sub verbis *vrig gheboeren* intelligendum esse, ut Senator non sit *lito*; sed sub voce *watynsch*, illa dicti decreti verba: *dans censum ceræ, latere*. Recte igitur Ill. OELRICHS x) animadvertit: *homines liberos sub nomine der watsinsigen intelligendos esse, et quidem tales, qui albo cerocensualium inscripti, privilegii immunitatis Ecclesiasticorum personali- bus fruebantur*.

S. XXIII.

Iuratos olim etiam ex Senatoribus eligi potuisse ostenditur.

Caeterum antiquissimis temporibus *Iurati* etiam *ex ordine Senatorum* esse poterant, quod vero anno 1433. lege in contrarium lata abrogatum est. Illo enim tempore statutum est, ut non amplius *Senatores* ad hoc munus eligerentur; quod apparet ex statuto 89. ubi dicitur: *Ok heft sik de rat vordregen myt eren wiseften, dat nen radmann ut der witheyt schal mer eytschworne wesen y*). Itaque sententiae b. KREFTINGII adstipulari non possumus, existimanti, *Iuratos* non ex ordine *Senatorum*, sed solummodo *e civibus* electos fuisse, et *Senatores* postea in locum *Iuratorum* successisse

x) in *glossario*. pag. 159.

y) Ill. OELRICHS in *collect. statut.* p. 489.

fuisse α). Contrarium enim ex historia Bremensi antiqua constat, quae docet, senatum jam locum habuisse, antequam statuta de Iuratorum jurejurando, electione et requisitis mentionem faciunt: et ex statutis, ubi de Iuratorum electione agitur, ex quibus, hanc semper a Magistratu factam esse, patet. Differebant etiam eorum officia, cum Senatus esset, rempublicam gubernare ac salutaribus consiliis juvare, Iuratorum vero, rebus dubiis dato suo testimonio fidem facere. Senatores quidem adhuc documenta quaedam majoris fidei gratia obfirmare solent, v. gr. testamenta, pacta dotalia, &c. sed hoc jus jure magistratus exercent. Non vero Iuratorum munus cum Io. ALMERO α) eousque extendere ausim, ut etiam ad haec negotia eorum auctoritatem requisitam fuisse statuam.

§. XXIV.

De Iuratorum officio.

Negotia quod attinet, quae Iuratis demandabantur, quaecunque *negotia civilia, marcae valorem superantia*, et in disceptationem forensis deducta, testimoniis Iuratorum confirmanda erant, ex ord. IV. ubi dicitur: *Wat claghe kumpt vor gherichte de hoghere ys den ene mark. dat scal men tughen myt swornen b*). Leges vero testimonium duorum Iuratorum requirunt. Sic legimus in ord. III.

So

α) Vid. *Brem. niedersächf. Wörterb. f. v. Swaren.* p. 1130.

α) in *glossa* ad statut. 89.

β) Apud III. OELRICHS in *collect. statut.* pag. 503. Idem quoque statuitur in ord. I. l. c. pag. 67. in ord. 33. l. c. pag. 82. ord. 109. l. c. pag. 131. ord. 122. l. c. pag. 138. nec non in statut. 5. et 6. l. c. pag. 368. 369. statut. 24. l. c. pag. 375. statut. 41. l. c. pag. 381. denique etiam in ord. 7. l. c. pag. 505. ord. 25. l. c. pag. 512. ord. 26. l. c. pag. 513. et in ord. 39. l. c. pag. 520.

„So welk borgher ofte borghersche wil claghen up enen borghere edder up ene borgherschen. dat scal he don vor unses heren vogede. edder vor den radmannen unde anders nerghene. So we se dat breke. unde also dicke alse he dat breke. worde he des vortuget MIT TWEN SWORNEN. he scolde geven der staed „teyn marck” c).

Attamen distinguendum erat inter *res corporales* et *res incorporales*, sive jura in lite deducta: sicut etiam jus commune variis in casibus hanc distinctionem agnoscit d). *Jura* enim non solum Iurati, sed et alii cives testari poterant, quanquam *pretium unius ponderis* sive *marcae* excedant. Provocamus hanc in rem ad sententiam 33. in statutis de anno 1303. ubi de *aquae ductu* lis mota fuerat, et cuidam *non Iurato*, hac de re testimonium daturus, opponebatur, quod ad testimonium ferendum inhabilis esset, quoniam *res litigiosa marcae valorem superet*, et hic *testis non sit Iuratus*: haecque exceptio his verbis rejicitur: „Eyn Borger mach tugen Waterlosinge edder ander Rechtigkeit all yfs he nen Geschworene und de Sake hoger dan ener Mark.” *et facit fidem*. Ipsa vero sententia ita sonat: „In ener Sake dhe was twischen lodowike van Suolghen af ene halve, unde ludolfe monicke meyere af anderen halve, umme ene waterlosinge wart henrich gerleges sone bispraket, dat he lodowike nicht tugen mochte,

c) Apud EVNDEM *l. c.* pag. 503. Hoc conveniens est ord. 42. *l. c.* pag. 45. stat. 5. *l. c.* pag. 46. ord. 103. *l. c.* pag. 127. stat. 39. *l. c.* pag. 359. stat. 16. *l. c.* pag. 372. stat. 30. *l. c.* pag. 462. et ord. 22. *l. c.* pag. 511.

d) Sic. v. gr. ad summam appellabilem non respicitur, quoties de re aliqua certam aestimationem non recipientem litigatur, veluti quando de servitutibus aliisque juribus controvertitur. Conf. STRYK *in Usu mod. Dig.* l. 49. tit. 2. §. 15. et BLVM *in proc. cam.* tit. 46. §. 45.

„na dhes dat he nen sworene were unne dhe sake hoghere ware
 „dhen en mark dat secedede wi gherart van der Siden, johan van
 „Walle, nanne de oldere, Thetwart van harpenstede, thiderich
 „van Ruten, Nicolaus cornepaghe dhe oldere, unde bernart clot,
 „unde gerhart clot, als so na dhes dat lodewiges erve hinrickes
 „gerleges sone oldinges hadde wesen dhat dhe silve hinrick de
 „vorenomenen waterlosinge mach wol tugen" e).

Quo tempore haec sententia lata sit, pro certo quidem determinari nequit, verisimile tamen est, anno 1332. hoc factum esse, quoniam Senatorum unus, qui sententiam dixerunt, nempe *Thetward von Harpenstede*, solummodo in indice Senatorum hujus anni commemoratur f), postea vero nominis ejus nulla fit mentio. Quae autem ad eam quaestionem, cur hoc et in simili casu *osto Senatorum numerus* requireretur? respondenda sunt, supra (§. 13.) jam occupavimus.

Nunc potius ad aliam quaestionem, quae hic obijci posset, me converto. An scilicet *sententia lata* in hac causa non *injuste* fuerit? et annon fuerit *testimonium in propria causa*? Hoc videri quidem posse satemur. Nam, sicut ex hac sententia patet, ille testis, *Heuricus* filius *Gerleges*, eum fundum, de cujus aquae ductu disceptabatur, olim possederat, et, ut videtur, nunc vendiderat, per consequens emtori ad evictionem praestandam obligatus erat. Suspectus igitur, qua testis, omnino videri potuisset venditor ab emtore hujus fundi productus; neutiquam vero, cum ipse emtoris adversarius, *Iudolfe monickemeyere*, testimonio venditoris contra emtorem, *Iudowike van Suolghen*, uti vellet. Sic etiam
 sentit

e) Ill. OEDRICHS l. c. pag. 178.

f) IDEM l. c. pag. 268. n. 43. Reliqua Senatorum nomina a quibus haec sententia lata est, vid. l. c. pag. 267. n. 31. 32. 33. 34. 35. 37. et n. 46. pag. 268.

sentit CAR. FERD. HOMMELIUS g), dum dicit: *Venditor in causa evictionis, tanquam propria, ab emptore productus repellitur, etiamsi pactum de non praestanda evictione accesserit. Nihilominus enim hoc casu emptor, re evicta, pretium repetit. l. 11. §. fin. de act. emt. At vero si non ab emptore, sed a tertio contra emptorem producat, testis est omni exceptione major. Cessat enim suspicionis causa. De posteriori vero casu sententiam supra allegatam loqui ex illis verbis apparet: Henrich Gerleges sone wart bispraket, dat he lodowike nicht tugen mochte. Ergo haec sententia justitiae plane respondet.*

§. XXV.

Continuatio.

Testificari vero poterant Iurati illas tantum causas, quae post eorum electionem coram iis gestae fuerant. Hoc ex unico de Iuratis agente documento, quod nobis conservatum est, apparet; ibi enim dicitur: Omnes superscripti iurati non possunt testificari in causis, quae factae fuerunt, priusquam electi et pronunciati fuerunt in iuratos h). Atque hoc sapienter omnino et caute ita sancitum est, ne quis Iuratorum autumaret, sibi licere testimonio suo quoque comprobare illa, quae ipso quidem praesente, sed nondum in Iuratorum ordinem recepto, acciderint: quod occasionem dare potuisset, ut in dando tali testimonio Iurati nimis temerarii essent; aut ut etiam apud alios, quibus tale testimonium aliqua ratione suspectum videri posset, minorem fidem mererentur.

§. XXVI.

g) in catalogo testium alphabetico s. v. venditor p. 115. cf. Regul. VI. cod. l. pag. 9.

h) III. OELRICHS. l. c. pag. 281.



§. XXVI.

*De poena 20. marc. Brem. quibusdam in casibus Iuratis
irrogata.*

Statuta vero §. 20. jam allegata Iurato poenam viginti marcarum Bremensium irrogant, si illegitime natus, aut lito, aut dans censum cerae, electioni consenserit, et scienter se eligi fecerit i). Valde gravans et maxima in nostris statutis occurrens multa erat haec viginti marcarum poena. Hoc ut pateat, observandum est, *marcam Bremensem* valuisse 32. grotas Bremenses, i. e. 10. asses Saxonicos, vulgo *gute Groschen*, et 8. nummulos, qui germ. *Pfenninge* audiunt: unde *viginti marcarum* summa facit novem thaleros, si duos asses Saxonicos cum octo nummulis demas.

Nostro quidem aevo *levis* admodum haec multa videri posset, sed illis temporibus, seculo XIII. et XIV. quibus non tanta auri argentique copia erat, multo major *monetae* erat *valor*: adeo ut et in legibus supra (§. 24.) allegatis, operae pretium visum sit, fancire, ut *res valorem marcae excedens* per Iuratos probaretur. Idemque rerum *pretia* eorum temporum docent. Praescriptum v. gr. quodam in statuto de anno 1330. est: ut Senator fundum 32. marcarum pretii possideat: *de ratman de scal hebben erves also vele dat id wert si twe undrittich marc k*). Nec non, ut proprium equum habeat quinque marcarum. *En iwelik Radmann schal by sinem ede hebben cyn eghen perd van vis bremer marken to der Stades byhof l*).

§. XXVII.

i) IDEM. l. c. pag. 280.

k) IDEM. l. c. pag. 63.

l) IDEM l. c. pag. 62.

§. XXVII.

De poena falsimonii a Iuratis commissi.

Sed ne longius extra oleas vagemur, redeamus ad *Iuratos* nostros, et *poenam* quoque *criminis falsi* ab illis commissi consideremus. Ad evincendum, *Iuratum* crimine *perjurii* se adstrinxisse, *sex testes* requirebantur, et inter hos *tres Iurati* in specie sic dicti ex aequalitate testis cum reo, et *tres alii cives*. *Iuratus* vero falsimonii commissi convictus, gravissimam etiam et durissimam *poenam* subire cogebatur. Nomen ejus ex tabulis civitatis ut deleatur, ipse vero poena talionis, et praeterea quinque marcis mulsetur, statutum LVII. sequentibus verbis jubet: „So welk „sworne enen valschen tuch ledde edder enen valschen tuch tu- „gede. wert he des vortucht myt ses borgheren. der seholen we- „sen dre sworne unde dre andere borghere. umbesproken eres „rechtes. sinen namen scal men delghen ute des stades tafeln un- „de en schal nen sworne mer wesen. unde scal deme ghenen si- „nen schaden beleggen dar he den tuch upledde edder up tuge- „de mit den fulven saken alse he up ene tughet edder tughe „gheled heft. unde scal ok der Stad vif marc geven.” Hoc est: *Iuratus qui falsimonium vel permittit, vel ipse alterum in quacun- que causa falso testimonio oppressit, et hujus criminis reum esse, a sex ci- vibus, fide dignis, scilicet tribus Iuratis et tribus aliis civibus, con- vincitur, ab officio removeatur, ejusque nomen ex tabulis civitatis de- leatur: eum quoque, cui per falsimonium detrimentum attulit, indemnem praestet, ei rependendo, quod ipsius culpa amiserat, reipublicae vero pretium quinque marcarum solvat. Quodsi quoque talis per fugam poenae se subducere studeret, tunc illum lex pro hoste declarat, et patria sede illi interdicit, hisce verbis: „wurde he ok vorvluchi- „tigh.*

„tigh. men skal ene vredelos leggen. unde en schal ok nicht mer „to bremen komen” m). i. e. *Si quoque in fugam se conferret, communitis pacis expers, ratione tam personae, quam bonorum, declaratur, nec unquam Bremam revertatur.*

Illam verba, *ute des stades tafeln*, suadere videntur, olim Iuratorum nomina *tabulis* inscripta, et has *curiae Bremensi* affixas fuisse, hac fine, ut in notitiam omnium Iurati pervenirent; qua ratione *edicta*, quibus *subhastationes aedium* publicantur, etiam hodie Bremae affigi solent. Quod vero *poenam talionis* attinet, notandum est, *LEGEM VISIGOTHICAM* quoque simile quid in crimine falsi testimonii statuisse, ceu patet ex lib. II. tit. IV. §. 6. ubi dicitur: *Si quis contra alium falsum testimonium dixerit, et in mendacio inveniatur, aut si ipse certe dixerit, quod falsum testimonium dedit: si major loci persona est, det illi de propria facultate sua, contra quem falsum testimonium dixit, tantum quantum per testimonium ejus perdere debuit, et se testificare ultra non noverit n).*

Denique silentio nec omittendum est, vocabulum *vredelos*, *vretheloes* s. *fredelos*, etiam in formula iudicii criminalis Bremensis legi, quod vulgo dicitur *Blut- sive Nothgericht*. Hoc iudicium Bremae ab Advocato urbis (h. e. eo, qui olim episcopi jura exercuit, et hoc unice retinuit o) assidentibus duobus ex senatu p), exercetur, si quis occisus est, et percussor in fugam se contulit. Tunc scilicet reus solemniter accusatur, et, ut pro *patriae hoste* declaratur, his verbis petitur: “Herr Vaget gy schölen den De-
„der

m) III. OELRICHS l. c. pag. 475. Vid. etiam pag. 42. et p. 376.

n) Apud GEORGISCH l. c. pag. 1898.

o) Confer. KNIPSCHILD *de jurib. civit. Imp.* l. III. c. 6. §. 46. sq. et (DAN. HEIDERI) *Historischer Bericht von des Reichs Vogteien*. P. II. pag. 574.

p) Vid. *Afferr. lib. Reip. Brem.* pag. 772.

„der nehmen, edder ehne nehmen uth der ersten Ladung, und
 „leggen ehme in de andern, drudden Ladung, uth der drudden
 „in de veerden, vöfften, söfsten Ladung, uth der söfsten in der
 „fövendenden, achten, negenden Ladung, und leggen ehne Echte-
 „los, Rechtelos, Fredelos des Königes Viendt, des Landes
 „Schade.“ Hoc facto Advocatus urbis eum, qui caedem perpe-
 „travit, verbis sequentibus citare debet: “So nehme ick dy N.
 „uth der ersten Ladung, und legge dy in de andern, &c. und
 „legge ehne Ehtelos, Rechtelos, Fredelos des Könings Viendt,
 „des Landes Schade q).

§. XXVIII.

*Iuratorum munus utile fructuosumque ac perpetuum fuisse
 contenditur.*

*Munus Iuratorum, quod dicebatur Swarenscup (§. 7.), an-
 fungentibus utile fructuosumque fuerit, non satis quidem liquet;
 poena tamen gravis, quam decretum supra (§. 20.) jam citatum,
 iis qui scientes volentesque se eligi passi fuerint, cum nihilo minus ille-
 gitimi essent, comminatur, hoc omnino suadere videtur. An
 vero Iurati quotannis electi fuerint, et eorum officium annuum fue-
 rit, ut b. DETH. SCHOENE r) putat, hac de re statuta silent:
 argumenta tamen non desunt, quae contrarium corroborare viden-
 tur. Verba enim statuti 55. Wanner de Rad wil, aperte indi-
 cant, tempus electionis in arbitrio Senatus positum fuisse. Ete-
 nim si statutum quoddam Senatui obligationem imposuisset, singu-
 lis annis Iuratos ut eligerent, statutum hoc tempus indicare de-
 buisset,*

q) Affer. l. R. Brem. p. 702. et Brem. nieders. Wörterb. f. v. Frede-loos.

r) in cit. Diff. Selecta juris Brem. rar. contr. emr. vend. pag. 6.

buisse, quod tamen factum non est. Nulla etiam causa, nulla ratio adduci potest, cur tam perpauca Iuratorum electorum exempla supersint, cur uno actu triginta quinque, vel etiam nonaginta duo (§. 14.) Iurati electi fuerint; si munus eorum quolibet anno expirasset. Imo etiam personae minores viginti quatuor annis in Iuratorum numerum recepti fuerunt, quibus tamen, quamdiu annum vigesimum quartum aetatis suae haud complevisset, testificari prohibitum fuit (§. 20.). Huiusmodi vero juvenum electiones sine dubio factae non essent, si Iuratorum munus vertente anno finem habuisset. Quid enim, si ad legitimam aetatem Iuvenis electus anno electionis jam praeterlapso demum pervenisset? Nec levis ponderis erit argumentum ex similitudine requisitorum Senatoris et Iurati deductum (§. 22.). Sicut enim in his plane conveniunt, probabile etiam est, Iuratorum munus aequae ac Senatorum perpetuum fuisse. Denique incredibile quoque est, intra annum tam inhoneste Iuratum se gessisse, ut hac ex causa remotionem ejus ab officio salus reipublicae postulasset; si quidem perquam difficile erat, Iuratum falsimonii convincere (§. 27.). Cum enim Iurati testari non possent negotia ante eorum electionem gesta, vix ac ne vix quidem cogitari potest, Iuratum uno in anno falsum testimonium deposuisse, ejusque accusatum, et a tribus aliis Iuratis convictum fuisse: quae omnia secus se habent, si ad supremum vitae diem usque Iurati munere functi sunt.

§. XXIX.

Iuratorum munus ab eo tempore exolevisse, quo Notarii invaluerunt, conjicitur.

Hodie memoria nominis *Iuratorum* tantum superest, sed ipsum

ipsum eorum munus exolevit, quod videtur factum esse ab eo tempore, quo *Notarii* invaluerunt. Quidquid enim olim a *Iuratis* est peractum, hoc nunc a *Notariis sit publicis*, quippe qui hac nostra aetate quascunque res alicujus momenti testimonio suo confirmant, sicque faciunt, ut publicam fidem habeant s). Atque hanc conjecturam ex similitudine requisitorum etiam capere optimo jure licebit, cum illa *Notariorum* requisitis *Iuratorum* plane respondeant. Requisit enim MAXIMILIANVS I. Imperator in *constitutione de Notariis*, ut hi secundum bonorum instituta et exempla vivant; his verbis: *dass unter den Personen, so approbiert, oder von neuem instituirt werden, ihres Stands und Wesens halben unterschiedlich gehalten, und Aufmerksamkeit gehabt werde*. Iurati vero ut honeste viverent, etiam necessarium erat, cum alias ab officio removerentur. Dicitur enim in decreto Senatus de ao. 1303. (§. 20.). *Si aliquis se inhoneste rexerit, deponatur*. Porro in *constitutione Maximiliana* statuitur, ut *Notarii* esse non debeant servilis conditionis, *eygen Leut*. Simili modo etiam in *Iuratorum* ordinem hujusmodi homines recipi non potuerunt. Nam in eodem decreto legimus: *si inter eos (Iuratos) aliquis fuerit, qui sit lito, emendabit cum viginti marcis Bremens*. Denique a *Notarii* munere hujus artis imperiti repelluntur. Imperator enim interdicat, eos admitti: *so zu Uebung dieses Ampts zu wissen noth ist, nicht berichtigt weren t*). In *Iurato* requirebatur, ut non esset analphabetus, per statut 55. *dat he dutesch lezen konde*. Nihil aliud quidem requirebatur, sed ob injuriam temporis, stupiditatem nempe inter laicos regnantem, praeter hoc unicum nihil amplius flagitari posse censebatur (§. 19.).

s) Vid. b. DETH. SCHORNE in *cit. Diss.* pag. 6. nec non III. OELRICHS in *glossario ad statuta Brem. ant.* p. 114. et Consultiff. IAC. BREVIS in *cit. Diss. de alienar. et oppignorat. jur. statut. Brem. restricta* pag. 60. sq.

t) Inserta est haec *constitutio Maximiliana* in *der Samml. der R. A.* part. 2. pag. 108. seqq.

COROLLARIA.

I.

Germani viris semper meliorem quam feminis tribuerunt conditionem.

II.

*N*ostra aetate iudex non respicit testis conditionem, modo sit honesta atque ita comparata, ut nihil detrahat de fide testis.

III.

*F*acta defuncti heres jure Germanico non semper praestare tenetur.

IV.

*C*ontra praescriptionem completam non datur restitutio in integrum.

V.

*E*tiam ei qui errore juris ductus solvit, quod non debebat, indubiti conditio datur.

VI.

*U*susfructus pro partibus dividuis constituitur.

VII.

*P*etitorium cum possessorio jure Civili cumulari nequit.

VIII.

*M*atrimonium contractum ob morbos supervenientes contagiosos et incurabiles non dissolvitur.


ULB Halle
007 670 753

3



W 18





481-1785,2
606
2

DISSERTATIO INAUGVRALIS IVRIDICA

DE IVRATIS

AD ILLUSTRANDVM
STATVTA QVAEDAM BREMENSIA

PRAESERTIM
LV. LVĪ. ET LXXXIX. RECENT. COLLECT.
DE A. MCCCCXXXIII.

QVAM

AVSPICIIS REGIIS

CONSENTIENTE

INCLYTO IVRISCONSVLTORVM ORDINE

DIE III IAN. MDCCLXXXV.

PRO

SYMMS IN VTROQVE IVRE HONORIBVS OBTINENDIS

PVBLICE DEFENDET

HERMANNVS BÜSING

BREMENSIS.

GOETTINGAE

LITTERIS FRIED. ANDR. ROSENBSCH.

